



**Disputationvm De Censuris In Communi,
Excommunicatione, Suspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

7 Vtrum Censura ab homine nulla sit vel iniusta ex defectu causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

16
Quorundam
imitatio.

Reiicitur.

Quidam tamen limitant hanc posteriorem partem, dicentes, si praelatus ita abutatur potestate, ut passim praecepta obligantia ipso facto sub censura, seu excommunicatione multiplicet, idque cedat in contemptum Ecclesiasticae potestatis, tunc censuram inuoluntariam esse, quia repugnat praecipuo fini suo, qui est, ut Ecclesiastica auctoritas & obedientia conservetur. Veruntamen quantumvis haec praecepta multiplicentur, si in nullo illorum in particulari reperitur praedicta iniustitia quasi commutativa, sed in quolibet per se sumpto est sufficiens causa saltem mortalis inobedientiae, & contumaciae, dici non potest tales censuras esse nullas: quia nec de omnibus id affirmari potest, cum quia multum derogaret Ecclesiasticae disciplinae, & potestati, tum etiam, quia plures illarum possunt esse non solum iustae, sed etiam conuenientes: neque etiam id potest de quibusdam affirmari & non de aliis, quia nulla est disparitatis ratio. Nisi quis fortasse dicat, priores esse validas: postquam autem nimium multiplicari incipiunt, illas posteriores inuoluntarias esse. Quod sane esset improbabile, quia nullus hominum discernere potest, quando incipiat ille numerus excommunicationum esse tantus, ut censuras inuoluntarias: nisi forte, quando iam praecipuum censetur esse de re impossibili, seu repugnans superioribus praecipuis, aut quod simul cum illis impleri non possit: tunc autem defectus non solum erit contra iustitiam legalem, sed etiam contra commutativam, quia praecipit res impossibiles: tunc autem ita erit inuoluntaria censura, sicut & praecipuum ipsum. Non est autem cur in eo casu praecipuum posterius datum magis dicatur esse nullum quam prius, imo potius illa in impossibilia sunt: indicandum est posterius reuocare illud, quod prius fuit datum: quanquam interrogandus, & consulendus sit ipse praelatus, ne forte per inaduertentiam id fecerit. Quod si sciens velit omnia illa praecepta, & censuras simul imponere, tunc subditus satisfaciet, si id, quod moraliter sibi possibile est, fecerit: eritque in arbitrio eius inter ea mandata eligere quod sibi placuerit siue prius, siue posterius datum sit: tunc enim ordo temporis nihil praestat, cum potestas, & voluntas praecipietis eadem sit.

SECTIO VII.

Utrum, Censura lata ab homine per specialem sententiam nulla sit ex defectu causae, vel tantum iniusta.

1
Censura lata
per sententiam
nulla sit ex defectu
iurisdictionis
est nulla.

Superest dicendum de censura lata ab homine per propriam sententiam condemnatoriam, vel declaratoriam. Et primum suppono, quotiescunque sententia est iniusta ex defectu iurisdictionis, censuram non solum iniustam esse, sed etiam nullam: quia etiam ipsa sententia nulla est. Et quoad hoc eadem est ratio de sententia, quae de lege: quia sententia est etiam actus iurisdictionis: & ita in hoc omnes conueniunt. Et hac ratione censura, lata post iure interpositam appellationem, est nulla ut infinita fere iura disponunt: quia per appellationem interpositam videtur iurisdicatio iudicis dormitare, ut dicitur in c. Pastoralis, §. Item, de Appellat. Item ex eadem radice censura lata ab excommunicato nulla est quia per excommunicationem tollitur, vel suspenditur iurisdicatio. Et sic de aliis.

De sententia iniusta contra iustitiam legalem.

2
Censura lata
per sent.

Secundo suppono, duobus modis (sicut de lege dixi) sententia posse esse iniustam, primo contra solam iustitiam legalem, ut puta quia in ea ferenda

seruatus non fuit debitus ordo iuris absque alia iniustitia. De quo ordine iuris vltimus subdistinguen-
dum est: nam quidam est accidentaliter tantum, ut est in praesenti, quod sententia scripto feratur, quod procedat canonica monitio, &c. Alius est substantialis, utpote necessarius, ut sententia valida sit, ut erit in praesenti, quod legitima citatio partis procedat: quod causa censura legitime & iuridice probata sit. ac denique huiusmodi est omnis illa conditio, quae vel iure naturae, vel ex speciali iure positio ita praescripta est: Quando ergo in sententia est defectus substantialis ordinis iuris, certum est censuram non solum esse utcumque iniustam, sed prorsus inuoluntariam: quia sententia ipsa nulla est: & sententia nulla nullum potest inducere effectum, iuxta l. 4. §. Condemnatum. ff. de Re iudicata. Et de huiusmodi defectu loquuntur multa iura, quando aiunt, sententiam esse nullam contra leges, aut canones praedictam, ut in capite primo, & capite Cum inter, de Re iudicata, & in leg. Praefes, & leg. Cum prolati, ff. eodem titulo, & in leg. prima, ff. Quae sententia fin. appellat. reuocanda, & in lege secunda, Codic. Quando prouoc. non est neces. & optime in leg. Prolatam. C. de Sent. & inter. Et huiusmodi sententia dici solet in iure esse contra ius constitutionis, quod censetur esse aliud ac esse contra ius litigatoris, ut patet ex dicto cap. Cum inter, de Re iud. & ca. Venerabilibus, §. Sine, de Sent. excommunicat. in 6. Quod tamen intelligo, quasi directe, & immediate, nam ex consequenti, & quasi remote, etiam prior reddidit in iniuriam litigatoris. Nam si quis recte consideret, talis sententia non solum est contra iustitiam legalem, sed etiam contra commutativam, ut in exemplis politis, si quis damnetur non citatus, ei sit manifesta iniuria, idemque est si damnetur non legitime, & iuridice conuictus: & in vniuersum, si per sententiam nullam condemnetur, ex quocunque capite nulla sit: quare mirum non est quod talis censura sit prorsus nulla.

Quando vero in sententia solum deest ordo iuridicus accidentaliter, tunc dici potest aliquo modo iniusta respectu iustitiae legalis, non tamen respectu commutativae: estque sententia valida, & consequenter etiam censura per illam lata, valida est: licet secundum eandem rationem iniusta sit: quia haec iniustitia non est proprie respectu eius, in quem fertur censura, sed solum respectu iuris, & boni communis. Vnde in iure interdum talis sententia absolute iusta appellari solet, ut patet ex cap. Sacro, de sentent. excommunication. Quod etiam in superioribus annotauimus, cum de forma ferendi censuras ageremus. Atque in hoc etiam nullum discrimen inuenio inter Iurisperitos & Theologos. Estque distinctio data conformis doctrinae D. Thomae D. Thomae secunda secunda, quae est, 65. art. 5. ad tertium.

De sententia iniusta contra iustitiam commutativam.

Alio ergo modo potest esse iniusta sententia contra iustitiam commutativam ex defectu legitima causa, quod nunc praecipue agimus. Potest autem hoc etiam variis modis accidere: duo tamen sunt praecipui. Vnus quando censura fertur sub titulo sufficientis causae, non tamen verae, sed tantum praesumptae. Alter est, quando fertur etiam sine titulo causae sufficientis: sed absolute ex causa iniusta, seu leui, & improporionata. Rursus in priori membro possunt varij modi distingui, scilicet quod sufficiens causa excommunicandi neque in re ipsa existat, neque satis probata sit in iudicio, vel solum quod causa reuera non existit, in iudicio vero probata sit, ita ut index secundum allegata, & probata legitime pronunciauerit: Quae sententia in exteriori foro, & in interiori, quantum spectat ad con-

Secl. VII. Quomodo censura per sent. lata sit iniusta, &c. 73

ad conscientiam Iudicis, iusta est: iuste enim facit sic pronuntiando: comparatione autem facta ad eum, qui condemnatur, non habet aequalitatem rei ad rem: & hoc modo dici potest in re ipsa iniusta, cum per illam condemnatur innocens: ergo in re non habet medium iustitiae, quod est per aequalitatem rei ad rem. Tertiū item modus addi posset, quando iusta causa in re vere subest, tamen in iudicio non est legitime probata. De hoc tamen ultimo modo iam dixi, hanc sententiam esse nullam ex defectu substantialis ordinis iudiciarii: nec enim satis est, quod causa in re subest, si sit occulta: quia iudex humanus non potest de sibi occultis iudicare: Est autem occulta quod ad effectum ferendi sententiam, quamdiu iuridice probata non est, etiam si alioqui priuatiua nota sit illi homini, quid ex est, vt colligitur ex capit. 1. Cum alijs. 6. qu. 2. Et sumitur ex Glossa, Innoc. Abbate, & alijs in c. Sacerdos, de Sent. excom. Et multa ad hoc confirmandum sum possumus. Et multa ad hoc confirmandum sum possumus. Et multa ad hoc confirmandum sum possumus.

Censura
iustitia
lata ex
causa qua
vere excusat
non tamen
in iudicio
probata, est
nulla.

Gloss.
Innoc.
Abb. de
Nauar.

Sed obici potest c. Nemo, 2. qu. 1. & cap. De illicitis, 24. q. 3. ubique prohibetur ferri censura antequam causa probetur. Et tamen, si ita ferri contingat, ait ibidem. Qui excommunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctae communionis redeat. Respondetur primum, illa verba non semper indicare priorem sententiam fuisse validam: vt patet ex c. Audimus, 2. qu. 1. ibi. Quia excommunicatus te excommunicare non potuit: Apostolica auctoritate te, si iusque absolue, mandamus exinde nunquam curare. Quae verba duriora sunt quia interponunt verbum absolue, quod in alio textu non habetur: & tamen constat illam excommunicationem fuisse nullam. Vnde Glossa ibi declarat. Absoluendo, id est, non ligatos esse declarando. Afferreque similia iura, in capit. excellentissimus 11. quæstion. 3. & capit. Auctoritatem, 16. quæstion. 6. Quae expositio nobis non est necessaria, quia vt dixi, in dictis decretis non interponitur verbum absolue. Addit vero Glossa aliam expositionem, scilicet absolue de facto, id est faciendo, vt ad communionem redeant, qui de facto ab illa separati fuerant: sicut de conuerso, heretici quidam, qui vere sacerdotes non erant, deponi dicuntur in capit. Si quis confugerit, 1. qu. 1. id est depelli ab eo munere, quod de facto exercebant. Quae expositio optime quadrat ad superiora iura, in quibus solum dicitur, Vt ad gratiam sanctae communionis redeant: quae erant de facto priuari. Volunt autem iura hoc fieri auctoritate superioris quia ipsa disponunt, vt omnia ordinate & iuridice fiant: & eo modo quo publice, & coram tota Ecclesia fieri oportet: Et ideo ex illis decretis non potest colligi, talem sententiam fuisse validam, sed potius oppositum insinuat, dum nulla mentio sit absolutionis, quae necessaria sit.

Atque hinc a fortiori sequitur, quando sententia est priori modo iniusta, scilicet quia causa neque in re existit, neque est sufficienter probata, talem sententiam, & consequenter censuram omnino inualem esse: quia si defectus probationis sufficit ad nullitatem etiam existente re, multo magis si res non existat. Atque de sententia sic iniusta videtur potissime loqui Sanctus Nicon in epist. ad Endelium, cuius fragmentum refertur i. tomo. Biblioth. Sanctae, ubi sic ait, Scias, Patres, quod diuina Scriptura cum diuinis canonibus diuisiunt, quod iniuste, Fr. Suarez, tom. 5.

Si causa in re, & in probatione deficiat, sententia & censura sunt nulla, Nicon.

qua imponuntur, punitiones apud Deum non ligant, etiam si Pontifex eas imposuerit: quanto magis si inferior, vt dicit Sanctus Dionysius? Qui itaque inconsiderata sententia, & intemperante animo aliquem a fidelibus separauit, non solum eum non attingit, sed in eius etiam caput recurrit, sicut sancta quoque Synodi pronuntiant. Et inferius refert B. Petrum dicentem ad Clementem, Tu quidem ea ligabis oportet, & olus, quae soluenda sunt. Et S. Nicolaum dicentem, Si amplexus praeter Dei scopum punierit, Deus eum non sequitur, & ecce inuenitur pena, quae ab eo infligitur, iniusta, & propterea inuoluit. Haec enim omnia maxime locum habent in hac sententia, vndique, vt ita dicam, iniusta, id est, ex re ipsa, & ex defectu probationis. Quamquam extendi etiam possint ad omnem sententiam iniustam substantialiter, vt sic dicam, seu contra iustitiam commutari: quae sententia in eadem epistola merito dicitur lata non secundum sacros canones, sed secundum propriam voluntatem.

Ex quo etiam obiter constat, verum esse, quod in superioribus dicebamus, omnem censuram latam absque omni prauiua monitione nullam esse: nam talis modus solum habere potest locum in censura lata per huiusmodi sententiam: nam ea, quae fertur per legem, vel praecipium, repugnantiam inuoluit, quod feratur sine monitione prauiua: quia ipsum praecipium monitionem includit. Sententia autem, quae censura fertur, aut est tantum declaratoria criminis, aut illatiua censuræ: prior non imponit censuram, sed solum declarat contractam ex transgressione legis imponentis illam, & consequenter etiam declarat praeteriisse monitionem sufficientem per ipsam legem. Ex quo etiam fit (vt hoc obiter notemus) iustitia vel iniustitia talis sententiae nihil referre ad valorem ipsius censuræ in se: quia haec solum pendet ex lege, & ex vera & sufficiente transgressione eius: refert tamen ad valorem ipsius declarationis, & ad effectus, qui ab illa pendunt, vt postea videbimus: & quo ad hoc proportionaliter locum habent in huiusmodi sententia omnia, quae diximus, de sententia, per quam fertur censura. Quando vero sententia est condemnatiua, & illatiua censuræ, si nulla monitio praemissa sit, nec contumacia praecedere potest: Et consequenter neque vera ac sufficiens causa censuræ, iuxta dicta in sectione praecedente: & ideo talis censura semper est nulla ex defectu causae, tam in re ipsa existentis, quam in iudicio probatae. Quia, cum monitio esse debeat actus ipsiusmet iudicis, si in re non praecessit, non potest iuridice praesumi, seu probari. Quamquam accidere potest, vt ex parte Iudicis praecedat, nimirum, quia ipse fieri mandauerit, & tamen quod in re ipsa facta non sit, & nihilominus in iudicio sufficienter, quamuis falso, probetur factam esse: & tunc eadem erit ratio de tali causa, & de omni alia, quae cum in re non existat, in iudicio probatur.

7
Omne
censuram
absque
prauiua
monitione
nullam esse.

Num. cen. ura lata ex causa in re falsa, iuridice tamen probata, valida sit.

Tota ergo difficultas & controuersia, si qua est, reuocatur ad eam censuram, quae fertur ex causa in re ipsa falsa, & nulla, vel insufficiente, tamen iuridice probata, & consequenter per sententiam legitimam imposita. Hinc enim apparet talem censuram validam esse debere, primo, quia sententia est valida: ergo habet suum effectum. Secundo, quia iudex iuste per illam praecipit: ergo alter teneatur etiam in conscientia obedire. Tercio, quia si quis innocens secundum allegata, & probata, condemnatur ad mortem, tenetur obedire & sustinere illam, nec potest licite per vim resistere, etiam si valeat: ergo similiter in praesenti, &c. In contrarium vero est, quia ille cum in re sit innocens, apud Deum non est ligatus: ergo neque ab Ecclesia ligari potest per

8
Rationes
dubitandi
pro vtraque
parte.

G rest per

74 Disp. IV. De causa propter quam censura ferri potest.

test per talem sententiam. Secundo, quia quoties-
cunque poena imponitur ex sola praesumptione
absque veritate, quae in re ipsa sit, potest licite qui
sic condemnatus est, effugere talem poenam, quan-
tum in ipso est, nisi per vim compellatur. ergo idem
dicendum est de hac poena, quae maxima est. Ter-
tio, quia si censura est per legem imposita, & quis
reuera non est transgressus legem, non incurrit cen-
suram, quantumvis ab aliis existimetur transgres-
sor legis, imo quamvis per sententiam declarato-
riam in exteriori foro iustam sit declaratus: ergo
idem erit de censura lata per sententiam condem-
natoriam, ex sola externa probatione, sine veritate
in re.

Prima opi-
nio.
D. Thom.

In hac igitur re videtur esse diuersitas opinio-
num: nam quidam censent illam censuram validam
esse. Ita videtur docere D. Thom. in 4. d. 18. q. 2. ar. 1.
quaest. i. n. c. 4. vbi primum generaliter ait, omnem
sententiam, quae nulla non est, habere suum effe-
ctum, & obligare excommunicatum, vt ei obediat:
haec autem sententia, de qua nunc agimus, non est
nulla, cum in suo foro iusta, & legitima sit. Vnde
inferius de hac in specie loquens, vocat eam censu-
ram ex debita causa ex parte censuræ, non vero ex
parte eius cui imponitur. Sicut (inquit) cum aliquis
pro falso crimine in iudicio probato excommunicatur: Et
tunc si humiliter sustinet, humilitatis meritum recompen-
sat excommunicationis damnum. Et in solutionibus
argumentorum ait, non esse inconueniens vt inno-
cens, & iniustus aliquando priuatur per modum
poenae auxiliis externis, quibus per Ecclesiam iuua-
ri potest ad salutem. Sequuntur eandem sententiam
Rich. ibi art. 3. q. 5. Palud. qu. 1. qui apertius declarat,
talem censuram obligare in conscientia. Durand.
q. 4. num. 6. in fine. D. Antoninus 3. p. tit. 24. cap. 73.
Guillelm. Parisiens. in 2. p. tit. de sacrament. ordin.
§. Post hac autem prosequimur, Cordub. libr. 1. Quaestio-
narij, q. 43. & Gloss. in cap. 1. de Sentent. excom.
in 6. verb. Propter quam. vbi ait, sententiam excom-
municationis ex falsa causa latam, esse validam:
quam opinionem communem esse, & veram existi-
mauit Couarruias dict. c. Alma. p. §. 11. numer. 14.
& Corduba supra plures Canonistas, & Summistas
pro eadem sententia refert: & late illam probat.
Summa vero rationum omnium est, quam in prin-
cipio tetigimus. Et potest reuocari ad hoc prin-
cipium, quod actus clauum validus est, quotiescun-
que clauis non errat: sed in casu, quem tractamus,
clauis non errat: ergo eius actus, qui est censura, va-
lidus est.

Rich.
Palud.
Durand.
Antonin.
Guillelm.
Corduba.
Gloss.

Couarr.

50

Dices, Principium illud est verum de clauis non
errante in re ipsa, secus vero est de clauis non erran-
te solum secundum existimationem hominum, vt
in praedicto casu contingit: nam probatio exterior
solum est hominum existimatio. Sed contra, quia
clauis per metaphoram significat potestatem: ergo
tunc vere dicitur non errare, quando operatur su-
perius scientiam sibi proportionatam. Vnde,
cum hac potestas quo ad hanc partem data sit ad
puniendo delicta, debuit esse efficax ad operandum
valide, ita vt forrariur effectum, quotiescunque le-
gitime in suo ordine, & secundum scientiam sibi
accommodatam operatur. Vt, v. g. si superior ex suf-
ficiente probatione praeciperet alicui in poenam, vt
ieiunaret, obligaret illum, etiam si in re non deli-
quisset: quia praecceptum est iustum. Item, si confes-
sor absoluat a peccato, quod secundum informa-
tionem poenitentis recte iudicat esse veniale, abso-
lutio est valida, etiam si in re ipsa mortale fuerit. Et
e contrario, si iudicauit esse mortale, quod erat veni-
nale, & ideo grauem poenitentiam imposuit, tene-
tur poenitens illam exequi. Similiter, indulgentia
concessa ex causa legitima secundum prudentem
existimationem concedentis, est valida, quamvis in
re causa non sublit, ac denique, si quis priuatur be-

neficio per sententiam iustam solum secundum al-
legata, & probata, reuera manet illo priuatus: ergo
illud principium vniuersale est, etiam in illo sensu;
ergo in proposito etiam verum habet.

Aliorum vero sententia est talem censuram in
foro conscientiae ad nihil obligare, quod est dicere
in re ipsa non esse validam, in foro tamen exteriori
seruandam esse ratione scandalii, quia saltem in illo
foro sententia illa rite prolata est. Ita sentit Alex.
Alenf. (quamquam soleat in contrarium citari) 4. Alenf.
p. qu. 22. membr. 2. artic. 1. & 2. si inter se attente con-
ferantur, quamvis generatim & confuse de excom-
municatione iniusta loquatur. quo modo etiam lo-
quuntur, & in eandem sententiam inclinant, Ma-
ior in 4. d. 18. q. 2. conclus. 3. corol. 4. Gab. qu. 2. con-
clus. 8. expressius Adrian. quodlibet. 6. qu. 1. Caiet.
late 2. 2. qu. 70. artic. 4. ad 2. & tom. 1. Opuscul. tract. 19.
ad 2. Soto in 4. d. 22. q. 1. artic. 3. corol. 3. & Relict. de
tegend. sec. q. 1. memb. 3. concl. 4. Et in re idem vi-
dentur sentire Cauar. cap. Alma mater, p. 1. §. 7. nu. 5.
vbi alios refert: & Nauarr. in Summ. cap. 9. num. 4.
& cap. 27. num. 3. Quamvis in modo loquendi ali-
quantulum differat, dicens huiusmodi sententiam
aliquo modo obligare in conscientia, de quo po-
stea videbimus. Et huic etiam sententiae fauent au-
tores omnes, qui tenent censuram ex falsa causa
latam nullam esse, nam huiusmodi est haec de qua
nunc agimus. Tenent autem id Cardinalis, Panor-
mitanus, & Felinus, quos refert Couarr. dict. §. 11.
num. 4.

Secunda opi-
nio.

Alenf.

Ma-
ior.
Gab.
Adrian.
Caiet.
Soto.

Couarr.
Nauarr.

Cardin.
Abb.
Felini.

12

Fundamentum huius sententiae est, quia senten-
tia in tantum est vera & valida, in quantum est ius-
ta, nam intrinsece est actus iustitiae, & est quaedam
lex particularis: de ratione autem omnis legis est
equitas. Item est conclusio iudicij: iudicium autem,
si non sit iustum, non est iudicium, vt dixit D. Tho-
mas, & late explicuit, & confirmauit Caieranus in
citato loco 2. 2. & sumitur ex Isidoro 18. Etymo-
log. capit. 15. & refertur in capite primo, 23. quaest. 2.
ergo valor, & efficacia sententiae, debent com-
munerari iustitiae eius: at vero sententia, de qua
agimus, secundum veritatem, & conformitatem
rei ad rem est plane iniusta & iniusta: secundum for-
mum autem externum, & per conformitatem ad sci-
entiam, & probationem publicam habet aequita-
tem: ergo eadem proportionem, in re ipsa, & in veri-
tate non habebit effectum, sed solum quantum ad
exteriorem obseruantiam. Et confirmatur, nam ef-
ficacia sententiae non excedit iustam intentionem
ferentis, sed verisimile non est Ecclesiam velle in
conscientia, & coram Deo innocentem ligare, imo
nec talis intentio esset iusta, cum sit contra aequita-
tem rei, quam vnusquisque debet intendere, quan-
tum potest. Et praeterea, quia alias excederet Eccle-
sia limites potestatis ligandi, quam solum accepit
ad coerendos inobedientes: non ad ligandum in-
nocentes. Vnde confirmatur tandem, quia si aliter
ferretur illa sententia, erraret clauis: at vero dum
clauis errat, non operatur, quia non est data in de-
structionem, sed in aedificationem, vt dicitur 1. ad
Corinth. 10. & ideo. *vnus tribunal iudicis illum reum
non habet, quem iniuste ille condemnat*, vt dicitur in
ca. 1. de Sent. & re iud. in 6. & sumitur ex cap. A nobis,
2. de Sent. excomm. Quod si apud Deum, & in celo
talis sententia non obligat, nec in terris in con-
scientia obligabit, iuxta multa decreta 1. 1. quaest. 3. &
24. quaest. 1. & 4.

D Thom.
Caiet.
Isidor.

Quaestio resoluitur, & inter relatas sententias iudi-
cium fertur.

Inter has opiniones media via incedendum cen-
seo, & aliquid vtrique concedendum. Primum
enim certum existimo, huiusmodi censuram non
esse validam quo ad omnes effectus censuræ, seu
quoad Ecclesia.

13
Sic ligatus
non priua-
tur com-
muni-
one
quoad Ecclesia.

quoad omnia detrimenta, & damna, quæ inferit. Et in hoc habet verum secundæ sententiæ satisfactio: conuincitur, ut opinor, fundamento eius: constabitque evidentiis si in particulari explicetur. Damna enim quæ censura inferit, duplicia sunt: quædam dicuntur spiritualia alia temporalia, seu diuina, & humana. Rursus, spiritualia damna dupliciter inferuntur ab Ecclesia per censuram, quædam potestatiue (ut sic dicam) id est per immediatam efficaciam Ecclesiasticæ potestatis: quo modo priuatur excommunicatus participatione communium suffragiorum, & orationum: & quoad hoc ab Ecclesia præscinditur efficaciter per ipsammet censuram. Quoad hunc ergo effectum incredibile est esse validam, & efficacem prædictam censuram. Neque id aperte affirmat ullus autorum, qui pro opinione præcitantur, quia neque est verisimile, Deum dedisse hanc potestatem Ecclesiæ: cum esse non possit in adiunctionem, sed solum in destructionem. Neque etiam est credibile, Ecclesiam intendere uti sua potestate, vel censuram ferrè in dicto sensu, tum propter rationem superius factam, tum etiam quia cum Deus non excludat iustum à consortio, & participatione iustorum, etiam si ab hominibus iniustus habeatur, non est verisimile velle Ecclesiam in hoc discrepare à diuino iudicio, cum neque ad bonum commune, neque ad bonum illius, qui sic condemnatur, utile sit.

Alio præterea modo inferit censura spirituale nocumentum præceptiue, ut sic dicam: quia nimirum prohibet, ne quis sacra audiat, vel recipiat, vel efficiat, & similia, quæ ex vi solius censure non statim auferuntur quantum ad executionem: potest enim excommunicatus non obstante censura re ipsa Eucharistiam accipere, &c. sed prohibentur per censuram, & ideo dico præceptiue auferri, quia sub præcepto prohibetur harum rerum spiritualium usus. Et de his etiam detrimentis exilimo, per se loquendo, non inferri per huiusmodi censuram, sed solum quantum necesse fuerit ad obedientiam Ecclesiæ præcepto in publico seu in exteriori foro. Itaque, licet aliquis hoc modo interdictus sit, potest audire Missam in conscientia, vel secreto, vel ubi ignoratur eius interdictio. Et sacerdos si suspensus poterit sacramenta facere cum eadem circumspectione: & simili modo excommunicatus Eucharistiam sumere, &c. Hoc etiam omnes docent, & rationes, quibus probauimus præcedens membrum, hoc etiam demonstrant, quantum ad eam partem, quæ huiusmodi excommunicato, vel suspenso secretum usum talium rerum concedit. Quantum ad aliam vero partem de abstinendo in publico, ratio est, quia oppositum cederet in contemptum clauum Ecclesiæ, cū in publico eius præceptum sit iustum, & excusatio sit occulta. Vnde etiam manifestum est oriri in conscientia obligationem ad seruandam censuram hoc modo, & quoad hanc partem: quia sic excommunicatus verb. gr. peccaret, si publice Missam audiret, aut Eucharistiam sumeret, ut omnes docent, & statim ratione explicabitur: ergo lata tali excommunicatione, orta est obligatio in conscientia ad seruandam illam, saltem quoad hanc partem.

Vnde proueniat sic ligato obligatio abstinendi in publico ab actionibus censura prohibitis.

Vbitari tamen potest, qualis sit hæc obligatio, an solum per accidens ratione scandali vitandi, an etiam per se ratione iusti præcepti. Nam Doctores valde confuse loquuntur: interdu enim dicunt huiusmodi sententiam ligare quoad publicas actiones, quia est valida saltem in foro exteriori, ut Caietanus & alij loquuntur, vel etiam quia simpliciter est vera censura, ut contendit Nauar. cum aliis quos refert: ergo non tantum obligat ratione scandali, sed per se ratione suæ virtutis. Et confirmatur quia alias nulla esset differentia inter hanc censuram, & illam quæ absolute est inualida: nam hæc etiam obligare potest ad sui obseruationem ratione scandali vitandi: ut si alij ignorarent illam esse nullam, & solum scirent esse latam: solumque posset esse discrimen, quod rarius accideret, hæc occasio scandali in sententia omnino nulla, quam in ea, quæ in exteriori foro iusta, & valida est.

In contrarium vero est, quia iidem auctores explicant hanc obligationem solum per ordinem ad scandalum vitandum, adeo ut Nauarrus, qui apertius contendit hanc censuram esse simpliciter censuram, & obligare, dicat, valere parum plus nihilo, nisi in foro exteriori, propter scandalum, post declarationem. Et ratione probatur, quia si scandalum quacunque ratione cesset, & innotescat aliis qualitas sententiæ, & hominis innocentia, cessabit obligatio: ergo si gnium est totam hanc obligationem esse ratione scandali vitandi. Item, si duo vel tres sciant rei veritatem coram illis licebit communicare, aut rem sacram facere, ut omnes docent: nam illam actionem censent esse satis secretam: neque enim necesse est, ut solus omnino sit, qui illam exercet: ergo tota ratio est, quia respectu illorum paucorum cessat scandalum: ergo respectiue idem esset si cessaret respectu plurium. Sicut etiam, si sic excommunicatus publice sacra faceret in eo loco, ubi ignoratur eum esse excommunicatum, nihil peccaret, solum quia nullum est scandalum, nec scandali periculum, ut in casu supponimus: ergo, &c.

Dicendum ergo videtur, obligationem hanc proxime esse propter scandalum vitandum, nomen scandali ampliando, ut non solum sumatur, quatenus est contra charitatem, & ut ex illius obligatione vitandum est, sed ut est contra obedientiam Ecclesiæ cui multum derogaretur, si talis censura publice contemneretur. Et ideo verum est etiam hanc obligationem vitandi hoc scandalum oriri ex vi præcepti inclusi in tali sententia iusta in foro exteriori, quod etiam habet vim obligandi in interiori foro, quamuis eam vim habeat in ordine ad vitandum tale scandalum, dicto modo declaratum: propter quod auctores hæc duo simul coniungunt. Atque hæc est differentia inter hanc sententiam, & omnino nullam, quod ex sententia omnino nulla per se nulla nascitur obligatio, etiam in exteriori foro, & in ordine ad publicas actiones, quod si interdum oriatur, est valde per accidens, & ex generali obligatione charitatis: secus vero est in presenti, ut dixi.

Ethinc nascitur aliud discrimen, quod superior non potest iuste punire transgressorem censuræ, quæ nulla fuit, quia illa simpliciter nullam vim habet, nisi per accidens, scilicet, quia de nullitate iuridice non constat, vel quia antequam constaret, contemptui habita est; vel si cum scandalo id fiat, quatenus superior auctoritatem habet ad puniendum eum, qui alios scandalizat. At vero per se, & ex sua potestate directa potest iudex punire illum, qui censuram in foro exteriori iustam transgreditur: adeo, ut quamuis occulte, & licite in foro conscientie illam transgressus sit, si de hoc ipso actu denunciatur, & iuridice conuincatur, nihilominus iuste possit à iudice puniri. Et hoc est proprie, illam sententiam esse validam in foro exteriori: nam, cum in illo talis sententia sit iusta, ius habet superior cogendi ad illius obseruationem in eodem foro, & ad puniendum quemlibet transgressorem in eodem foro: huiusmodi autem est omnis ille, qui in eodem foro conuincitur egisse contra tenorem censuræ: tætor autem censuræ non fuit tantum prohibere actum publicum, vel cum scandalo, sed simpliciter actum illum. Quamuis enim absolute non poterit obligare in conscientia ad non

16
Secunda
sententia.

17
Resolutio

Prima diff.
ferentia
inter hanc
censuram
& omnino
nullam.

18
Secunda
differentia.

76 Disp. IV. De causa propter quam censura ferri potest.

Exercendum illum actum, etiam occulte, & sine A
scandalo; nihilominus tamen respectu fori exterioris ius confert, ut si talis actus in iudicio probetur, ut delictum habeatur, & puniatur. Et ita videtur quodammodo esse bellum iustum ex utraque parte: cum vero id sit interveniente ignorantia, non est inconueniens: præsertim, quia non est proprie ex utraque parte bellum, cum subditus semper teneatur parere in exteriori foro, licet in interiori nihil peccauerit.

An publice, & cum scandalo huiusmodi censuram violans incurrat penas iure impositas contra violantes censuram.

¹⁹ **H**inc vero nascitur in hoc eodem puncto dubium aliud, quod non est parui momenti; scilicet, an transgressor huius censuræ iustus in foro exteriori, & in se iniustus, si publice, & cum scandalo illam contemnat, incurrat penas in iure impositas contra violantes talem censuram, ut v. g. si illa censura erat excommunicatio, an ille celebrans in publico, maneat irregularis. Vel etiam dubitari potest, an illa excommunicatio, quæ solum erat valida in foro exteriori, fiat valida etiam in interiori, ratione subsequentis contemptus. In priori puncto nihil inuenio expresse dictum ab authoribus. Caietanus vero, qui contendit illam non esse censuram, magis quam homo pius sit homo, plane negaret incurri illam penam: quia ille non est transgressor censuræ. Nauarrus vero, qui contendit illam esse veram censuram, fortasse diceret oppositum.

²⁰ *Conclusio.* Mihi tamen videtur dicendum, illum absolute, & in re non manere irregularem; & sic de aliis penis. Probo, quia ille vere, & in re non est excommunicatus, vel certe (ne hæreamus in modo loquendi) illa excommunicatio est valde diminuta, & imperfecta; & ideo illius transgressio est etiam imperfecta, & diminuta violatio censuræ. Diximus autem supra, penam ipso iure impositam non incurri per actum imperfectum: ergo in præsentia illa imperfecta transgressio non satis est ad incurrendam irregularitatem, vel alias penas ipso iure latas. Dico autem, *vere, & in re*: quia in foro exteriori, seu existimatione ille habebitur irregularis in eo casu, & vt talis in iudicio condemnabitur: ideoque simili proportionem tenebitur propter vitandum scandalum publice se gerere vt irregularem, & consequenter ad hoc vitandum dispensationem procurare: tamen in re vere non est irregularis. Neque etiam per illam sententiam fiet irregularis in re ipsa, quia illa sententia non est illatiua irregularitatis, sed declaratiua: & ideo non potest facere, vt sit irregularis, qui non erat, sed vt existimetur.

²¹ *An censura nulla fiat valida ratione contemptus.* Contra hanc sententiam videtur tenere Couarruuias supra dicto §. 7. numer. 7. conclus. 4. vbi generaliter docet, eum, qui non seruat censuram iniustam, incurere omnes penas iure latas contra violantes censuram. Assertque in eam sententiam plures alios, inter quos Paludanus expressius in illa generalitate loquitur. Ipse vero Couarruuias etiam in particulari loquitur de irregularitate, quam dicit incurri. Veruntamen confuse admodum loqui videtur Couarruuias ibi: nam in conclusione prima dixerat, excommunicationem iniustam non obligare in conscientia: & in secunda, non priuare suffragiis Ecclesiæ: quæ duo non sunt vera de excommunicatione ita iniusta, vt tamen sit valida; sed tantum de ea, quæ est nulla, nam illa prior simpliciter obligat in conscientia, & priuat suffragiis. In tertia verò, & quarta conclusione subdit, sententiam iniustam nihilominus timentam esse, & ita seruandam, vt si violetur, incurra-

tur pena. Hoc autem vltimum non est verum de sententia iniusta, quæ est nulla, vt ipse ibidem fateatur. Confuse ergo, & æquiuoce loquitur. Vnde in rigore nobis non contradicit: neque omnia, quæ adducit, nobis obstant: quia procedunt de iniusta sententia simpliciter valida: hæc autem, de qua nos loquimur, est in re nulla, & solum secundum quid valida.

In alio autem puncto Nauarrus indicat huiusmodi censuram quasi firmari, & omnino veram effici per contemptum. Cum enim dixisset, illam censuram, seu excommunicationem iniustam non adimere interiore communionem, neque suffragia generalia: addit, nisi aliqua negligentia, vel contumacia mortaliter roboretur: citatque Felinum, & Caietanum. Et alij authores eodem fere modo loquuntur. ²² *Nauarrus.* Diuus Thomas autem solum dicit: Si contemneret, eo ipso mortaliter peccaret: quod quidem verum est. Quia vero propter hoc peccatum mortale non est lata in iure aliqua censura, neque etiam illa prior, quæ per sententiam lata fuit, cadit in culpam, quæ in eius transgressione committitur: ideo verisimilium censeo, ex vi illius culpæ non roborari, neque augeri priorem censuram, neque nouum effectum habere: quod sentit Couarruuias in dicto §. 7. numer. 5. in fine, & numer. 7. in fine. ²³ *Ratio.* Quamuis possit Prælati sub noua censura prohibere, ne illa prior contemnatur, & tunc qui illam contemneret, cum veram, & grauem culpam committeret, nouam illam incurret censuram: iam non in sola præsumptione fundatam, sed in vera præcepti transgressione, nouaque contumacia. ²⁴ *Resolutio.*

Num censura iusta solum in exteriori foro priuat iurisdictione.

Vltimo dubitari potest circa hanc partem, an huiusmodi censura, iusta in solo exteriori foro, sit valida quoad effectum priuandi iurisdictione spirituali. Nam hunc effectum habent censuræ, & est ex iis, quos per se ipsas immediate, & (vt dicebam) potestatiue operantur, & non tantum præcipiendo. Atunde vero hæc iurisdicção non videtur numeranda inter bona spiritualia, quæ pertinent ad bonum animæ: quia per se non ordinatur ad bonum habentis, sed aliorum, ad modum gratiæ gratis datæ, vel potius tanquam ministerium quoddam Ecclesiasticum. Et ex hoc capite videtur non esse inconueniens, vt hæc iurisdicção auferatur per hanc censuram. Nec refert, quod talis iurisdicção possit esse fructuosa habenti in ordine ad bonum animæ, si bene illa vtatur: nam hoc etiam de quibuscunque bonis temporalibus dici potest.

Dicendum nihilominus censeo, hanc iurisdictionem non auferri, sed suspendi ex vi talis censuræ: quantum ad forum internum, seu in re ipsa. Itaque absolutio sacramentalis data ab huiusmodi excommunicato, vel suspensio, est valida, quantum est ex hoc capite: & idem est de absolute à censura, & de dispensatione in voto, & similibus. Ratio est eadem fere, quæ in præcedentibus facta est; quia, licet huiusmodi iurisdicção non sit absolute ex bonis spiritualibus animæ, tamen simpliciter est res magnæ æstimationis apud ipsum habentem, & respectu Ecclesiæ pertinet ad commune bonum eius: ergo non est cur Ecclesia absoluta potestate velit efficaciter illam auferre ab homine innocente. Et explico à simili: nam cum iudex secundum allegata & probata condemnat innocentem ad mortem, si in potestate eius esset non exequi sententiam, seruando alioqui in exterioribus totum ordinem iuris, sumque munus implendo; illam sine dubio suspenderet ex charitate, & ex iustitiæ aequitate: ergo similiter, cum sententia censu-

censura non habeat executionem, vt iura aiunt: Iudex, in cuius potestate est ferre sententiam, & nolle executionem, nisi quantum vel ordo iuris, vel causa vera, & in re existens postulat; debet secundum iustitiam aequitatem hoc modo intendere talem censuram: ergo non operabitur ultra hanc intentionem. Imo addo, quod licet Iudex priuatus plus intendere, non haberet effectum: tum quia talis intentio est contra intentionem Ecclesiae; & Christi dantis hanc potestatem; vnde excedit limites potestatis. Tum etiam, quia illa actio vt sic esset contra iustitiam commutativam: & ideo quantum est ex vi sententiae, est nulla quoad hunc effectum. Quod maxime verum censo de iurisdictione interna in foro poenitentiae, quia eius actus & magis spectat ad salutem animae, & magis occulte, ac spiritualiter exercetur. Idem tamen opinor de iurisdictione in foro exteriori, quantum attinet ad permanentiam eius, & ad eum vsum, qui sine strepitu iudicii, vel sine scandalo, & publicitate exerceri potest: nam quoad reliquos vsus publicos seruanda est moderatio superius posita; abstinendumque est ab huiusmodi actibus, propter eandem rationem.

Hinc vero consequenter oritur dubitatio de altera parte superius posita, scilicet, de nocumentis temporalibus seu humanis; quae censura infert, an reuera inferantur per huiusmodi censuram. Possuimusque etiam in eis distinguere duos modos supra positos inferendi illos, scilicet efficaciter, vel tantum praecipue: nam priori modo censura per se ipsam reddit, verbi gratia, inhabilem hominem ad dignitatem, aut beneficium, vel aliquid simile, seu irritat collationem eius. Posteriori autem modo tollit communicationem humanam, quam potius vetat, quam tollat. Vnde in hoc posteriori modo operandi circa haec humana commoda, etiam seruandam censo regulam superius positam; nimirum, talem censuram non obligare in conscientia, vel ipsum excommunicatum, verbi gratia, vt se priuet his bonis, quando illis vti potest secrete, & sine scandalo, vel etiam alios, vt sese abstineant, quando illis certo constat de alterius innocentia, & consequenter de tali iniustitia sententiae. At vero in publico, & ubi potest oriri scandalum, vtrique tenentur abstinere, propter obedientiam iusti & publici praecipui inclusi in illa sententia, & propter obseruantiam debitam Ecclesiasticae potestati. Et haec est tota ratio huius posterioris partis. Prior vero eodem modo probanda est, quo caetera, quae diximus. Nam, licet haec bona sint minoris momenti, quam praecedentia, sunt tamen alicuius: & opposita priuatio moraliter existimatur graue onus, & ideo non est cur innocens ad illud sustinendum obligetur, quando sine villo detrimento communis boni illud vitare potest.

An censura iusta solum in exteriori foro reddat inhabilem ad beneficia, dignitates, & reliquos Ecclesiasticos honores.

Circa alios vero effectus, quos censura potest seipsa efficere, & exequi, est nonnulla maior difficultas: quia in eis non ita commode videtur posse applicari distinctio data de actu publico, vel secreto. Nam collatio v.g. beneficij facta huiusmodi excommunicato, aut erit semper irrita, aut semper valida, siue fiat publice, siue secrete: nam, si secrete facta irrita est, a fortiori si sit publica: si vero secrete facta est, valida etiam erit, licet publice fiat: nam haec circumstantia, licet reddat actum culpabilem & peccaminosum, tamen iam supra dixi, propter hanc culpam non incurri nonam censuram, nec ro-

Fr. Suarez, tom. 5.

A borari, aut augeri priorem: ergo ratione illius non habebit hunc nouum effectum irritandi talem actum. Accedit, quod talis actus ex se est satis publicus, cum fiat publica, & Superioris potestate: & de illo constare debeat publico instrumento. Solum potest in praesenti dici secrete fieri, quando Superior qui beneficium confert, ignorat talem censuram. Quae circumstantia videtur valde accidentaria ad irritandum, vel non irritandum actum: atque ita videtur huiusmodi censura semper inuadere hunc actum, quia, sicut in aliis effectibus publicis operatur quantum potest, scilicet prohibendo; ita in hoc operabitur quantum potest, scilicet irritando. Et confirmatur: nam in his actibus videtur omnino necessarium ad commune bonum Ecclesiae, vt talis sententia suum effectum consequatur inhabilitando personam, seu irritando actum, quia haec bona, v.g. beneficium Ecclesiasticum, & similia ordinantur ad publicum vsum Ecclesiae, per se loquendo; & ideo est valde conueniens, vt publice constare possit, an talis actio, vel collatio beneficij valida sit, necne. At vero si collatio facta huiusmodi excommunicato esset valida, non posset id Ecclesiae constare publica scientia, cum excommunicatio sit publica, & innocentia occulta. Igitur ne confusio oriatur, & incertitudo in aliis actibus, vel effectibus, qui ex valore illius prioris pendere possunt, necessarium videtur, vt haec sententia quoad hunc effectum efficaciter operetur, etiam circa innocentem, quia bonum commune praefendum est priuato commodo eius: quae ratio boni communis non ita interuenit in aliis effectibus, & ideo ab eis non licet argumentum sumere.

Sed non obstantibus his apparentibus coniecturis, distinctione hic etiam vtendum censo. Nam absolute, & in re ipsa non opinor huiusmodi personam manere inhabilem ad haec bona ex vi talis censuræ, neque talem actionem, seu collationem beneficij ex se, atque in re ipsa inuadendam esse; sed cum limitatione saepe posita, personam esse inhabilem in foro exteriori, & in eodem posse actionem declarari irritam, vel efficaciter irritari. Fundamentum totius assertionis idem est, quod ad reliquas probandas adduximus: nam in omnibus cum eadem proportionem loquimur. Quia haec bona, quamuis non omnia sint aequalia, tamen omnia existimamus grauiora, & non efficacius auferenda, quam vel causa, vel ratio communis boni exigere videatur: hicaute nec causa inest, vt supponimus, nec ratio communis boni plus requirit, vt rem ipsam declarando constabit. Itaque non censo talem personam manere inhabilem, quia reuera non est digna tali poena. Et quia nullum est communis boni detrimentum; quod, si, antequam absolui possit, beneficium obtineat: collatio valeat: nam tunciam habet publicum titulum beneficij; & alioqui potest illud apprens impedimentum, quod ex illa censura oriri poterat, ita esse occultum, vt nihil obstat, quominus illa beneficij collatio etiam in communi, & publica scientia valida sit: si ceptum sunt valida infinitae aliae actiones, quae habent impedimenta secreta, de quibus si in iudicio constaret, irritae redderentur. Dixi autem: antequam absolute obtinere potuerit: nam si posset prius absolutionem petere, teneretur sine dubio illam procurare ad tollenda dubia, & pericula in re tam graui. Si tamen non posset, vel non aduerteret, probabilissimam esse censo sententiam positam, & satis securam.

Imo addo, quod, licet ex graui culpa negligentiae, aut contemptus, praetermissa absolutione acciperet beneficium, non propterea actio esset omnino irrita. Quod mihi satis probat ratio superius facta, scilicet quod haec censura non reflectitur (vt sic dicam) in culpam contra ipsam commissam: si ergo absque

27
Enodatio.

absque tali culpa collatio non est irrita, neque propter illam erit. Talis vero actio, ut verbi gratia, collatio beneficii si in iudicium externum adducetur, & homini sic excommunicato facta probaretur, irrita sine dubio declararetur: & quidem iuste, quia in illo foro talis homo excommunicatus est, unde in eodem etiam est incapax talis collationis.

²⁹
Si collatio
beneficii sic
legati irri-
ta declara-
tur, senten-
tia sine du-
bio tenet.

Addo vero, huiusmodi sententiam declaratoriam, quamvis in sola presumptione, vel potius exteriori probatione fundetur, & reuera non supponat, illud factum, quod declarat, tale esse, quale per ipsam declaratur, nihilominus vere efficere, quod declarat, irritando scilicet illud factum, seu collationem, non iam solum in presumptione, seu exteriori foro, sed absolute, & in re. Ratio est, quia hoc saltem expedit communi bono, ne res illa, seu actio & alia, quæ ex illa pendet, vel subsequuntur, semper fundentur in sola opinione absque rei substantia: nam statim beneficium illud conferretur alteri: vel ergo hæc collatio valida est, vel non: si est valida, oportet ut prior iam sit irrita, quia beneficium non potest esse duorum: si vero illa in re non est valida, & in opinione tenet, sequitur illud incommo- dum, quod certe quantum fieri possit, vitandum est. Unde non est dubium, quin potestas Superioris ad hoc extendatur, quodque merito, & rationabiliter in hoc sensu illam sententiam proferat, ac simul efficiat, ut in re ipsa verum sit id, quod per illam declaratur.

³⁰
Satisfit
fundamen-
tis contra-
ria senten-
tia in prin-
cipio huius
puncti po-
nitur.

Et hoc etiam confirmant coniecturæ priori loco positæ, & amplius non probant. Imo hinc etiam magna ex parte satisfit fundamentis primæ opinio- nis recitata, asserentis hanc censuram esse validam. Est enim efficax quantum ad omnes effectus, qui ad commune bonum, & convenientem usum potestatis ligandi, ac soluendi, videri possunt necessarij, non tamen quoad omnes simpliciter. Denique declarari potest ex alia communi doctrina, quod actus facti ex iurisdictione non vera, sed communi- ter existimata, sunt validi, iuxta legem *Barbarius*, ff. de Officio Prætoris. Nam Reipublicæ, vel Superioris autoritas confert illis valorem, vel potius confert iurisdictionem quoad hunc effectum propter commune bonum: ita ergo è contrario in præ- senti, publica autoritas aufert beneficium, vel si- mile ius propter publicam existimationem, contra rei veritatem, ratione communis boni: quod præ- ferendum est privatæ personæ detrimento.

De sententia censura iniusta, & ex defectu causæ, & probationis.

³¹
Vltimo loco dicendum superest de sententia iniusta, tum ex defectu iustæ causæ, tum in re ipsa, tum etiam in titulo & ratione ferendi sententiam, scilicet, quia Iudex non solum non habet, verum etiam neque prætendit, aut causatur legitimam rationem ferendi censuram, sed solum quasi ex abso- luta potestate, & libera voluntate illam fert. Et huiusmodi sententia videtur mihi propriissime esse illa, quam iura dicunt continere intolerabilem errorem, & propterea nullam esse: de quo sunt innu- meri textus in titulis de sententia excommunicatio- nis, & in decret. 11. quæst. 3. quod etiam notavit Angelus, *Excommunicatio* 3. num. 13. Et omnes, qui de hac materia scribunt, hoc constituunt tanquam primum principium: ut patet in authoribus citatis superiori puncto, qui alios citant, præsertim *Couarruias*, & *Cordubensis*.

Angelus

Couarruias
Cordub.

³²
Quomodo
debeat con-
stare de er-
rore huius
censuræ, ut
sit nulla.

Addunt vero ferè omnes Doctores, ut hæc sen- tentia nulla sit, oportere hunc intolerabilem erro- rem in ipsa sententia contineri. Duobus enim mo- dis potest Iudex proferre huiusmodi sententiam. Primo, excommunicando v.g. Petrum, explicando in ipsa sententia causam, vel prorsus iniquam, &

irrationabilem, ut si excommunicet illum, quia Missam non audit quotidie; vel saltem insufficien- tem manifeste, ut si excommunicet, quia non audit concionem omnibus diebus festis. Et tunc dicitur error intolerabilis in ipsa sententia contineri: idem- que erit, si solum exprimat Iudex in sententia se sus- pendere v.g. Petrum absque vlla causa, sed tantum voluntate sua; scilicet, quia sibi non est gratus, vel quia eum odio habet. Et in his omnibus, & simili- bus casibus est res indubitata, talem sententiam esse nullam, tam in interiori foro, ut per se clarum est, quam in exteriori: quia ius ipsum ita disponit, ut in sequentibus videbimus. Et merito, quia iniuri- titia talis sententiæ satis publice, & iuridice const- stat, cum in ipsamet sententia contineatur: atque ita fit, ut talis sententia nullum omnino habeat ef- fectum.

Solum est observandum tam hic, quam in omni- bus supra dictis, præsertim propter censuram sus- pensionis, hic esse sermonem de propria pena, & censura: nam secus erit de revocatione privilegij, facultatis, vel iurisdictionis, quæ suo modo potest suspensio appellari, & valida erit ex sola volun- tate concedentis, etiam si ipse ex solo odio, vel ex alia iniqua causa, vel insufficienter moveatur. Quia illa, per se loquendo, non est pena, sed est cessatio cuiusdam gratiæ, & libera itatis, aut delega- tionis, dependentis à voluntate donantis: & ideo mutatio eiusdem voluntatis sufficit, ut auferatur, etiam si nulla causa, vel culpa ex parte alterius interueniat. Quod secus est de propria censura suspensionis, quæ intrinsece pena est. Et ita etiam facile cessat obiectio, de absoluteione à censura, quæ valida est, etiam si sola voluntate fiat ab ha- bente potestatem absque rationabili causa. Et de indulgentia etiam, quæ potest esse valida, saltem ex parte, absque proportionata causa. Et quod dis- pensatio in lege saltem positiva sine causa lata, est valida. Nam, quidquid nunc sit de veritate ex- emplorum, in eis est diversa ratio, eo quod sint gra- tiæ, quæ licet interdum fiant indebito modo respec- tu iustitiæ legalis, seu communis boni, non conti- nent actionem iniuriolam simpliciter respectu ei- us, cui conceduntur: & ideo validæ esse possunt ad aliquid operandum in illo: nam in hoc etiam fun- datur, quod gratiæ ampliandæ sunt, & odia restringenda.

Alio modo contingit, Iudicem proferentem sen- tentiam non exprimere in illa positivè hunc defe- ctum, sed quasi præcisive se habere, proferendo cen- suram, & nullam declarando causam eius, neque il- lam excludendo. Qui defectus, licet contra ius sit, per se tamen non sufficit, ut sententia nulla sit; sci- licet ex eo solum, quod in illa scripta non fuit cau- sa censuræ, ut supra dictum est ex cap. 1. de Senten- tia excommunicat. in 6. Et ideo talis sententia ex hoc solo capite dici non potest continere intolera- bilem errorem. Ac propterea censura per illam lata non videtur esse nulla: quandoquidem non est lata per sententiam nullam. Atque ita sentiunt autho- res communiter: quia iura solum appellant hanc sententiam nullam, quando continet intolerabi- lem errorem cap. 2. & cap. *Venerabilibus*, §. *Potest*, de Sententia excommunicat. in 6. Non dicitur autem sententia continere, nisi quod in ea scri- ptum est. Imo in cap. *Per tuas*, de Sententia ex- communicat. necessarium dicitur, ut in forma ex- communicationis intolerabilis error sit patenter expressus: & in cap. *Soles*, eodem titulo, in 6. aper- tius dicitur: *Intolerabilem errorem in sententia fuisse pa- tenter expressum*.

Quamvis autem verum sit, talem sententiam ex vi suæ formæ non esse nullam: & ideo in exteriori foro per se ipsam non posse talem iudicari; ta- men, si in re delit, & probata etiam non sit vera, & suffi-

³³
Absque
causa pos-
tuli quis
privari
privilegio
iurisdictionis
ne, &c.

³⁴
Quid si in
sententia
causa non
exprimi-
tur.

Gelasius
Papa.

Obitum
Carthagi-
nense
quarum.
Augusti-
nus.
Origenes.

& sufficiens causa censura, & propterea in sententia A
ta ceatur, etiam in re erit talis sententia nulla. Vnde
si ab illa appelletur, & coram superiori Iudice talis
defectus probetur, sine dubio declarabitur nulla: &
is, in quem lata est, non indigebit absolutione: ergo
signum est à principio fuisse nullam. Item hoc probat
textus Gelasij Papæ in cap. *Cui est*, 11. quæst. 3. in
quo ponderanda sunt illa verba: *Ita ergo ea se non ab-*
solvit desideret, quæ se nullatenus perspicit obligatum. Et
ibidem in cap. *Irritam*, ex Concilio Carthagenensi
quarto dicitur: *Irritam esse iniustam Episcoporum da-*
mnationem: & idcirco à Synodo retractandam. Et similia
habentur ex variis locis Augustini in cap. *Copisti*,
cap. *Quid obest*, cap. *Non debet*, & cap. *Illud plane*, ead-
em causa, & quæstio. Et ex Origene in cap. *Si quis*
non velle, 24. quæst. 3. In quibus iuris dicitur ta-
lis sententia iniusta, irrita, & nullam obligationem
inducens: & in illis nulla mentio fit, quod oportet
at hunc errorem esse in sententia expressum: igitur,
quantiuis in illa expressus non sit, erit sententia nulla
in se.

Præterea hoc confirmant illa iura, quæ simpli-
citer aiunt sententiam latam contra leges, vel cano-
nes, ipso iure non subsistere, vt dicunt in cap. 1. de
re iudic. & in aliis supra citatis: & non requirunt,
vt talis defectus in ipsa sententia exprimat, seu
quod ex ea formaliter constet, esse contra leges, vel
canones: ergo id necesse non est, vt sententia sit
nulla. Etenim contractus à priuatis personis facti
contra Leges statuentes substantiales condiciones
eorum, nulli sunt, etiam si defectus in ipsis contra-
ctibus non exprimentur, iuxta regulam iuris 64. in
6. *Quæ contra ius sunt, debent pro infectis haberi*: vbi
non requiritur, vt hoc exprimat. Imo, licet oc-
cultetur, & verbis apparentibus dissimuletur, non
propterea validior erit contractus, vt expresse di-
citur in l. *Non dubium*, C. de legib. ergo multo
magis sententia lata contra iura, erit per se nulla,
etiam si in ipsa defectus non exprimat: quia Iudex
multo magis tenetur iuxta leges operari, quam
priuata persona: est enim custos, & executor
legis.

Dicetur fortasse, hoc verum esse de sententia,
quæ est nulla, quia est contra ius constitutionis: non
vero de illa, quæ est contra ius litigatoris: plus enim
requiritur, vt hæc posterior sit nulla, quam prior, vt
sumitur ex cap. *Venerabilibus*, §. *Sane*, de Sententia
excommunicat. in 6. & ex cap. *Cum inter*, de
re iudic. Et ideo, quando sententia est nulla ex de-
fectu iurisdictionis, citationis, aut alterius rei simi-
lis, pertinentis secundum iura ad substantialem so-
lennitatem sententiæ: tunc verum est sententiam
esse nullam, etiam si talis defectus in ipsa non expri-
mat. At vero quando sententia est iniusta tantum
ex defectu causæ, tunc proprie dicitur esse contra
ius litigatoris: ac proinde necessarium erit, vt talis
error in ipsa sententia exprimat, vt insinuat in
iuribus supra citatis. Verum tamen contra hoc instari
potest, quia etiam ipsa sententia censura, quæ abs-
que illa causa legitima fertur, dici merito potest
contra canones & iura: nam hæc etiam prohibent,
ne in aliquem feratur censura sine causa legitima,
vt constat ex supra citatis, & multis, quæ habentur
in cap. 11. quæst. 3. Extatque optima Epistola Leonis Pa-
pæ ad Episcopos Vienneses, estque 89. cap. 6. vbi
grauiter reprehendit Prælatos, qui ob leues causas
huiusmodi sententias proferunt. Hæc autem prohi-
bitio videtur esse de re maxime substantiali, ad vali-
ditatem sententiæ pertinente: ergo huiusmodi er-
ror sententiæ reddet illam nullam, etiam si in ipsa
non exprimat. Quod saltem verum existimo,
stans in interiori foro, quidquid sit de exteriori.
Quapropter, si de tali defectu satis constet ei, con-
tra quem lata est, in conscientia non tenetur ei pa-
rere, iuxta superius tradita ex communi sententia:

Obitum.

Lo Papa.

Corollaria ex superiori doctrina.

Atque ex his omnibus, quæ in hac dubitatione
diximus, colligitur primo, quot modis possit
sententia censura nulla esse: plures namque & sine
methodo numerant Summistæ, vt videre licet in
Angelo, *Excommunicatio*, 3. & Syluestro, *excommu-*
nicatio, 2. & Antonino, 3. part. tit. 24. cap. 73. §. 1. vbi
nouem numerat causas nullitatis. Paludanus in 4.
distinct. 18. quæst. 1. articul. 4. quinque numerat:
plures etiam sumi possunt ex Nauarro in cap. *Cum*
contingat, de Rescript. Alij autem communiter ad
tres reuocant: scilicet ad defectum iurisdictionis,
vel quod appellatio fuerit ante sententiam interpo-
sita, vel quod sententia continet intolerabilem er-
rorem. Sed ex his defectibus secundus sub primo
continetur, vt supra declaratum est, vnde vel di-
stinguendi non sunt, vel distinguendi essent plures
alij, vt quod censura fuerit lata ab excommunica-
to, vel suspensio, vel quando est lata ab intruso, vel
non rite electo, vel secundum alios modos vsur-
pandi iurisdictionem, quam quis non habet. Quod
notauit D. Antoninus supra, reducens quatuor mo-
dos vltimos, quos ibi numerat, ad illum primum.
Quod eadem proportionem facere posset in secun-
do. Et eadem ratione posset quintum reuocare ad
tertium: nam tertius est de intolerabili errore, & in
quinto specificat quandam errorem, scilicet, si quis
excommunicetur, eo quod suo Superiori declarat
statum communitatis ad illum pertinentis ex cap.
Quia plerique, de Offic. ordin. in 6. Quartus item
casus, quem ibi ponit, diminutus est, vt statim de-
clarabo. Et similiter in alia diuisione trimembri ter-
tium membrum generalius est, quam illis verbis ter-
minificetur, & aliud membrum deesse videtur, vt
iam dicam.

Et ideo possumus aliter hos defectus colligere
sub triplici etiam capite. Primum est, defectus iuri-
sditionis, sub quo varij modi continentur, vt de-
claratum est. Secundum est, defectus ordinis iuridi-
ci substantialis, vt supra etiam declaratum est. Et
huc spectat, quod ex iure positio excommunica-
tio maior lata contra participantes absque trina mo-
nitione nulla est, ex cap. *Statutum*, de Sententia ex-
communicat. & cap. *Constitutionem*, eodem titulo,
in 6. qui est quartus casus positus ab Antonino, & a-
lijs: tamen manifeste continetur sub hoc membro:
quia ille ordo positus est, vt substantialis in tali sen-
tentia. Tertium membrum est, ex defectu causæ le-
gitimæ, vt satis declaratum est. Posset tamen secun-
dum membrum ad tertium reuocari: quia cum de-
ficit substantialis ordo, etiam deficit vera causa, id
est, vera, & sufficiens contumacia ad talem censu-
ram requisita. Deficit (inquam) vel in re, vel sal-
tem in iudicio: quia nimirum in illo probata non
est, vt in superioribus dixi. Atque ita generatim lo-
quendo, omnis censura erit nulla, aut ex defectu iur-
isdictionis, aut ex defectu causæ legitimæ. Vtraque
vero subdistingui potest: nam aliquando est nulla
tam in re, quam in publica scientia, & existimatio-
ne aliorum: aliquando vero est nulla tantum in re,
non tamen in aliorum existimatione: quod vari-
is modis accidit, vt ex superioribus patet. E con-
trario verò non videtur dari sententia censura, quæ
in se valida sit, & in existimatione, seu scientia
publica habeatur nulla: nam licet contingere
possit talem sententiam apud multos errantes,
G 4 aut

38
Quot mo-
di possit
censura ef-
se nulla.
Angelus.
Syluester.
Antoninus.
Paludanus.

80 Disp. IV. De causa propter quam censura ferri potest.

Aut prae affectos non haberi validam, cum tamen iuridice lata esse debeat ex se, ac per se loquendo, fecum affert sufficientem scientiam publicam sui valoris, & efficacitatis.

40
Quot mo-
di possit
sententia
valida esse
iniusta.

Secundo colligitur ex dictis, quot modis esse possit sententia iniusta, quamvis nulla non sit: suppono enim id: quod certum, & clarum est, omnem sententiam censuram nullam, esse etiam iniustam: sed ab hac distingui solet sententia pure iniusta, id est, non nulla: & solent etiam distingui varij modi eius: ego tamen vix inuenio nisi vnum. Primus enim modus assignari solet de sententia lata à Iudice iniusta intentione ex odio, vel alia simili causa. Verum tamen, si ex illa intentione non oriatur alia iniuria, talis sententia non erit proprie iniusta, prout nunc loquimur: sed solum prout iniustitia generaliter dicitur de omni virtute: & iniusta dicitur omnis actio, quae moraliter bona non est: quod quidem ad rem praesentem parum refert, ut per se constet. Secundus modus est, quando sententia est lata non seruata accidentali ordine iuris: & hic est proprius, & ferre vnicius modus talis sententiae iniustae, quae sic vocabitur, quatenus iustitiae legali opponitur, non propter iniuriam contra commutativam, ut supra declaratum est. Et haec est ratio à priori, ob quam talis sententia neque ex natura rei iniusta est, neque etiam ex iure positio, quia in illo non petitur talis conditio, ut substantialis. Tertius modus huius sententiae addi potest, quando in re quidem continet inaequalitatem, & iniuriam: tamen secundum allegata, & probata iusta est: sed illa sententia, ut dixi, non est simpliciter valida, sed tantum secundum quid. Vnde videtur esse tanquam medium quoddam inter sententiam simpliciter validam, vel simpliciter nullam. Et merito, quia etiam est quodammodo media inter simpliciter iustam, & simpliciter iniustam, etiam respectu commutativae iustitiae: vtrumque enim participat secundum habitudinem ad diuersum forum. Et dicere possumus, esse iustam ex parte actionis, iniustam vero ex parte rei.

41
Quomodo
intelligen-
dum sit
Gregorii
axioma.
Sententia
Pastoris
sive iusta
sive iniusta
timenda
est.
Quomodo
locum ha-
beat in sen-
tentia ini-
usta, &
valida.

D. Thom.

Vrbani P.

42
Quomodo
habent lo-

Tertio intelligitur ex dictis, quo sensu accipienda sit celebris illa sententia Gregorij Hemil. 26. in Euangel. quae refertur à Gratiano in quæst. 3. cap. 1. Sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta, timenda est: in qua fundantur, qui absolute, & sine distinctione affirmant, quamcunque censuram, quantumvis iniustam, validam esse. Hanc vero propositionem ita absolute prolatam, ut erroneam damnat Gerson in 1. tomo Opuscul. peculiari de hac re. Et merito, quia ex aliis multis iuribus, & ratione naturali est evidens, non omnem sententiam iniustam posse esse validam. Estque textus expressus in cap. Cum continetur, de Offic. Deleg. Vnde nullus Doctorum oppositum affirmavit, sed solum in de iure non omnem sententiam iniustam, inualem esse. Et hoc ad summum colligitur ex illa sententia Gregorij. Quocirca, primum omnium verum habet in sententia iniusta, quae valida est. Ita ut sensus sit, etiam si Superior inique ferat sententiam, vel ex prava intentione, vel ex temerario ordine procedendi, nihilominus eius sententiam, si vera sententia sit, timendam esse: & sic est clarissima veritas, quia talis sententia vere ligat. Iuxta quam interpretationem non oportebit dictum illud extendere ad sententiam sic iniustam, ut sit etiam nulla: quia illa non est sententia. Sicut diuus Thomas dixit, iudicium iniustum non esse iudicium. Et ideo de eadem sententia recte intelligitur, quod dixit Urbanus Papa in sua epistola decretali, cap. 5. Valde timenda est sententia Episcopi, licet iniuste liget aliquem. Recte enim exponitur de sententia, quae non obstante iniustitia, retinet veritatem sententiae, & consequenter vim ligandi.

Addo vero vterius, dictum illud etiam habere locum in sententia ita iniusta, ut in re sit nulla, quando certo non constat de eius nullitate: nam in du-

biis obediendum est Superiori, ut supra dicebamus de lege dubia. Quamvis nonnulla differentia intercedere videatur inter legem praecipientem, & sententiam punientem: nam lex, per se loquendo, dirigit ad bonum: unde fit, ut, quando non constat, id quod praecipit, esse malum, praesumatur bonum, eique obediatur: cum etiam in hoc nullum morale periculum, aut nocumentum subdito imminet. At vero sententia puniens, si executioni mandetur, infert malum: & ideo videtur subditus, quoad hoc habere maius ius, ut in dubio se indemnem tueatur. Sed nihilominus verum est, sententiam sic dubiam timendam esse, & seruandam, quia ius commune praefertur est privato: hoc autem ad commune bonum, & conueniens regimen Ecclesiae necessarium est.

Denique addo, etiam si sententia sit iniusta, & nulla, idque euidenter constet subdito, adhuc timendam esse, vel ut eam non contemnat in exteriori foro, si forte in illo sit valida: vel ut non cum aliorum scandalo, si forte alij ignorent illius defectum: vel certe, ut licet omnia publica sint & nota, non propterea ita sententiam, vel praecceptum Superioris despiciat, ut ipsum etiam Superiorem, & potestatem eius contemnere videatur: sed cum debito moderamine, ac reuerentia quadam iure suo vratur. Atque ita in omni sententia iniusta Pastoris verum habebit, quod sit timenda: non tam in omnibus aequaliter, sed accommodate in singulis.

43
Qua ra-
tione com-
prehendat
sententiam
euidenter
nullam.

SECTIO VIII.

Vtrum ignorantia inuincibilis praeccepti impediat censuram per illud impositam.



ANC quaestionem supra remisimus in hunc locum, quoniam necessaria est ad complementum huius disputationis, & cognitionis causae, quae ad censuram sufficit: vel excusationis eius, quae frequenter interuenire potest. Vbi aduertendum est, aliud esse agere de ignorantia quae antecedit censuram: aliud vero de ignorantia, quae subsequitur, & excusare potest violationem ipsius censurae. De hac dicturi sumus infra disputatione septima, hic vero agendum est de priori: & simul obiter explicabimus an vis, metus, aut aliquid aliud huiusmodi possit similem excusationem asserere: in illis enim vere nulla est difficultas: & ideo necesse non est proprias de illis quaestiones instituire: nam ex similitudine rationis facile possunt cursum expediri.

Igitur distinguere in primis oportet inter censuram latam ipso facto, siue à iure, siue sub conditione de obseruando quocunque praeccepto (nam in his omnibus eadem est ratio, ut saepe in superioribus dixi, & in praesenti etiam ex dicendis erit euident) & inter censuram absolute latam per sententiam Iudicis: nam de hac est specialis ratio, ac propterea de illa in fine dicemus. Rursus aduertendum est, praecceptum, cui coniungitur censura aliquando esse pure humanum: ut v. g. si detur praecceptum ieiunandi sub excommunicatione: aliquando vero esse etiam diuinum seu naturale, ut cum percussio clerici, vel simonia, aut vfura sub censura prohibetur: inter quae hoc differt, quod in priori ignorantia inuincibilis Ecclesiastici praeccepti omnino excusat culpam, in posteriori vero minime, quia, licet ignoretur specialis prohibitio Ecclesiae, relinquatur culpa contra ius naturale vel diuinum.

Diuisiones ignorantiae.

Præterea prae mittenda sunt distinctiones de ignorantia. Vna est ex parte obiecti seu materiae, quomodo

Ignorantia
alia sit
quomodo